



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Lucia [et] Beminiانو martyribus. Cap[itulum]. lxxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Ad cuius orationē lapides vt puluis cōminuti sunt. Quod cernens p̄iscus ipsam in pfundā foueā profici iussit: vbi tres erant bestie immā-
 nissime que omnē hominē deuorarent. Que sta-
 tim virgini blandiētes inunctis caudis: ei quasi
 cathedrā ad sedendū fecerunt: & virginem ille-
 sam de fouea eduxerūt. P̄iscus cōfusus vt eaz
 v̄l dolo occideret: fecit gladios & palos acutos
 configi & obscure ac terra modica operiri: vt il-
 la ex improusso in ipsos incidens morderet. Gla-
 dijs h̄o & palis ab angelis alibi trāsp̄ositis: eu-
 phemia veniēs ad locū n̄l lesionis pertulit: m̄-
 nistri h̄o incidētes interfecti sunt. Que omnia
 dū p̄iscus magie attribueret: iussit eam virgis
 cedi. Et cū nec sic superari posset: mādauit eā
 ferris mēbratim diuidi: & in sartagine membra
 torreret: verū angeli dñi ferras confregerunt: &
 ignem sartaginis extinxerūt: videns apuleius
 procōsulē angustari: iussit virginē in arenario
 mitti: et bestias ei laxari. Et laxati sunt ei duo
 leones & due v̄se. Et cū bestie ei procidentes:
 vestes eius oscularent: orauit euphemia vt de
 eā tali martyrio dignaret assumere. Sicq; vna
 est v̄sis cursum arripit: morsus corporis eius
 solūmodo infixit: lūorē tñ nullū ei fecit. Sicq;
 voce celica ipam vocante spir̄itū emisit. Cuius
 corpus parētes rapuerūt: & militario vno a ciui-
 tate calcedonia sepelirūt. xvi. kalen. octobris.
 Cuius meritis omnes iudei & gentiles eiusdē
 v̄rbis in domino crediderunt.

De sanctis Lucia & Gemiliano
 martyribus. Cap. lxxxv.



Lucia vidua

et gemilianus mar-
 tyres passi sunt in ci-
 uitate mendula in puincia fi-
 cille posita tēpore diocletiani
 & maximiani imperator. Fuit
 autē beata lucia nobilis iu:be
 roma: que annis. xxxvi. māsē-
 rat vidua: & annis. lxxv. pman-
 sit in hac v̄ta. Quā filius ei
 euprepus diocletiano accusauit: q̄ esset xp̄ian-
 na. Quā imperator detentā: & ante se adductā
 cum nō posset inducere ad sacrificandum: iussit
 fit in carcerem recludi. Subitoq; fundamenta
 carceris cōmota sunt: et odor suauissimus fr̄as
 grauit: voxq; de celo lapsa ipam in dom̄no con-
 fortauit. Deinde xp̄s ei in somnis apparuit: et
 celestia regna pmisit. Post dies q̄rtuo: ryberis
 fluuus inūdauit: & pars maxima muroꝝ v̄rbis
 corruit. Palatiū quoq; diocletiani impetus aq̄
 funditus euerit. Imperator h̄o qui v̄be tunc
 exiuerat hoc audito rediit: & veniēs ad carcerē
 vbi lucia detinebat: ipm apertum inuenit: & lu-
 cem m̄. st̄inā irradiantē aspexit. Educā ergo:
 sanctā extra v̄bem & deos adorare. recusantē:
 nodosis fustibus. cedi fecit. Et ecce qui eam ce-

debat: factus est lapideus: man⁹ h̄o carnea re-
 mansit vsq; in presens: vnde & locus ad manum
 carneā vocat. Imperator h̄o pene totus arid⁹
 factus est. Sed orāri pro eo sancta sanitati est
 restitutus. Et cum ad templū iouis accederet:
 ad gradas dñs exoluēdas subito templus cor-
 ruit: & omnia idola cōminuta sunt. Tunc iratus
 diocletianus iussit ollam creā adduci & picem:
 plumbū ac resinā in eam liquefieri: & lucia nū-
 dam in ollā deponi: & per tridū ignem subter
 ministrari. Quarto h̄o die lucia a ministris ex
 olla egressa: ac oīno illesa inuēra est. Qd̄ audis-
 ens imperator iratus mandauit ipsam ferro et
 plumbo oneratā per rotā ciuitatē ducti: & deide
 in equuleo torqueri. Que dū duceret: peruenit
 ante domū hois p̄potentis nomine geminiani:
 in cuius domum. cccxx. simulacra erāt. Et ecce
 subito columba niuea de celo descēdit: & super
 caput geminiani tertio cruce figurans resedit.
 Qui respiciens v̄dit celum apertū: & sedes des
 omnipotentis. Et statim relicto oibus cucurrit
 ad locū vbi laz sancta dei torquebat: & p̄stratus
 pedibus eius se xp̄istianū asseruit & baptisimū
 expetiit. Qui statim detentus vna cū lucia cari-
 ceri mācipatus est. Sacerdos autē quidā p̄ba-
 sius nomine per noctem ab angelo monitus ad
 carcerem accessit: & apertis ostijs: luceq; de ce-
 lo profusa: ac odore aromati refragrāte: fonte
 quoq; de terra erumpēte: geminianum baptiza-
 nit: quem lucia de sacro fonte suscepit. Post
 tertiu diem ambo de custodia educunt: & iterū
 penit afficiunt: sed ab angelo coronis de celo
 sibi impositis laureant. Eum autē eos impator
 iterum in carcere reclusisset: & extra v̄bē equi-
 taret: dum peruenisset ad pontē gallarum: iudi-
 cio dei pons cecidit: & multis in fluuio necatis
 ipse v̄t cū paucis euasit. Cuius p̄fectus no-
 mine pyropogon pampylus natione luciam &
 geminianum nolentes dñs immolare. ceruicib;
 bus contūdi fecit. Et statim facto nimio terre-
 motu camera fori corruit: et p̄fectum cū qua-
 draginta ex ministris oppressit. Lucia h̄o cum
 Gemiliano illesa permansit: quos tumultus
 populū ereptos liberauit. Post annum h̄o
 sancti martyres ab angelis in sicilian insulam
 perducunt: et in monte tauromento dimittuntur:
 indeq; venerunt ad p̄dium alefinum: vbi
 filliam cuiusdam eucarpionis a spir̄itu immū-
 do decennio vexatam liberauerunt. Altera h̄o
 die perueniunt ad fluuio p̄miphum: et
 cum nimium inuadaret: oratione facta aqua ste-
 rit: et sancti super v̄ndas siccis pedibus transi-
 terunt: et perueniunt ad mendulam ciuita-
 tem: vbi multos infirmos curabant: et demo-
 nia clamantia eijciebant: eosq; omnes ad ch̄is-
 tum conueriebāt. Quod audiens iudex. nom-
 ne a prophasius iussit omnes qui conuersi fue-
 rant decollari numero septuaginta q̄q;: q̄ mo-
 vt. domuz redibat ex equo colapsus & mortuus.

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus. Fo. cccxix.

est. Tunc magister iudeus hoc comperto a syracusana ciuitate venit mandulam: vt sanctos interficeret. Quante hō Lucia mons crepuit: et sancto suscipiens triduo occultauit: deinde scientibus illis fontis aqua scaturit: eosq; res fecit. Quauitq; lucia ad dominum: vt eius in pace susciperet spiritū: et statim in domino obdormiuit. Semintanus hō post duos dies egressus vt corpus eius sepeliret: a carnifice inuentus gladio percussus est. Et cum odo: martinus de mōre fragraret: christiana quedā ad odoris sensum montē intrauit: et in sepulchris marmoreis ibidem ab angelis preparatis sanctorū corpora repta sepeluit: atq; in montis vertice ecclesiam eorum nominib; fabricauit. Qui passi sunt decimo sexto kalen. octobris:

De sancto lamberto episcopo et martyre. Cap. lxxxvi.



Lambert⁹ epi

scopus et martyr passus est tempore pipini francoꝝ regis. hic eiu⁹ genere nobilitis ex oppido traiectensi oriundus ab annis puerilibus sacris litteris erudit⁹: diotardi epi

scopi discipulus fuit a quo et ecclesiasticos ordines usq; ad diaconatum accepit. Qui pro sua sanctitate adeo ab omnibus amabatur: vt mortuo diotardo magistro suo traiectensi ecclesie in episcopum ab omni populo mereretur. pmoueri. Quem hydricus rex pte omnibus episcopis suis charius diligebat. Quo mortuo inuidorum malitia ciues eius impij ipsum sine causa de episcopatu elegerunt: et feramundum in eius cathedra statuerunt. At lambertus ad monasterium: quod dicitur scabolum declinauit: et per septem annos ibidem in penitentia et optima conuersatione stetit. Quadam hō nocte ad orationem surgens in pavimento per ignorantiam casu sonitum fecit. Quod audiens abbas mandauit: vt quisquis esset ille: qui sonitum illum fecisset: statim ad crucem: que erat in campo sub dno usq; post maturinum moraturus accederet. Credēs q; aliquis ex fratribus strepitum studiose fecisset. Tunc lambertus illico nudis pedibus et cilicio indutus ad crucem currat: ac si tali obediēte vii⁹ ex monachis esset astrictus: ibiq; usq; post maturinum perseuerauit: donec abbas in matutino omnibus vltis fratribus: episcopum deesse cognouit: et auditū q; ille fuisset qui ad crucem iussit: eum introduci fecit: quem totum capite cum hēmis esset horrida: niue perflusum et pene frigore extinctū aspexit: et ab eo cum monachis veniam postulauit. Post. vii. autem annos iubente pipino rege feramundus expellitur: et lambertus

in sedem suam reducitur. Et cum ipse sicut prius verbo et exemplo polleret duo germani fratres maligni insurgentes in eum grauer persequi ceperunt. Quos quidam amici episcopi eo inscio occiderunt. Eodemq; tempore labertus pipinum de quadam eius concubina plurimum increpauit. Dodo autē consanguineus occisorum et frater ipsius meretricis aule regie domesticus: occasione accepta congregauit exercitum: et domū episcopi: que erat in vico leodio nocte circumdedit: volens occisorum necē in sanctum vindicare lambertum. Quod cum vir domini puero nunciante didicisset: gladium quem tenebat abiecit: suosq; constanter admo-nuit: vt peccata sua confiterentur: et patienter mortem sustinentes in domino confortarētur. Tum autem hostes domum eius vndiq; inflammasent in sanctum martyrem irruerunt: et ipsum orantem iaculis et gladijs peremerūt. Quibus abeuntibus: quidam ex episcopi famulis euadentes: corpus eius ad ecclesiam suam nauigio perduxerunt: quod traiectensi cum multa ciuitatis mestitia sepulture dederūt: passus est. xv. kal. octobris circa annū dñi. ccccxx.

De sancto tharrasi confessor. Cap. lxxxvii.



Tharrasis confessor: grecia: vt

creditur: oriūdu⁹ eo q; de vita ipsius nihil certū habetur: cōfessioe xpi et pnia clara apd constantinopolim heremi incola angelicā vitā duxit: vbi in pace quiescit. Corpus autē ei⁹ in spelunca repositū est: i qua et pnia egisse pntat: cū titulo in tabula scripto. Hic requiescit corp⁹ sc̄i tharrasis confessoris. Qd inde leuatiū tpe alexij imperatoris: intra vrbis regie ambitū honorifice sepulture traditū est. Processu hō xpi inde translātū fuit venetias: ab ipsius patrie ciuibus: atq; in monasterio sancti zacharie depositū quiescit. Litus trāslatio facta est. xv. kalē. octob. Nā et de eo quo tpe floruit: quove die ad xpm migravit aliter rep̄iri nō valuit.

De sanctis Emiliano et Hieremia martyribus. Cap. lxxxviii.



Emilian⁹ diaconus et hieremias:

martyres apd cordubā byspanie ciuitate passi sūt. Qui p cōfessioe fidei hspanie detēti: et diuersi afflicti supplicijs: tandē gladio decollati sunt. xv. kal. octobris. hec ado in martylogio.

De sanctis Victore et Stephana martyribus. Cap. lxxxix.



Victor et stephana

martyres apd siciliā passi sunt: sub persecutione antonini imperatoris ageme duce sebastiano. Qui milite victore captum: horrabat: vt dijs sacrificaret. Quod dum recusaret iussit dux confringi digi-